

3820 in via Tiburtina MARCAN.; in urna, addit FELIC. Tiburi in quadam urna IVC.

T · POMPONIVS · T · F · PHILADELPHVS
POMPONIAE · T · L · DORIS

Marcanova Mut. f. 81'; Felicianus Ver. f. 159 (inde Redianus f. 124; Ferrarinus Traiect. f. 103, Par. f. 103. 109, Reg. f. 19'. 125'); Iucundus Ver. f. 135, Magl. 28, 34 f. 165'; Gammarus f. 107'; Lilius Helmst. f. 97; Alciatus Feae f. 96'; Peutinger cod. 526 f. 45'; Reinesius 19, 33 'e schedis Langerm(anni)'; Murat. 1491, 7 'e schedis Farnesiis', i. e. ex apographo Ferrarini nunc Neapolitano; id. 1729, 15 'ex schedis meis', quo quid significatum sit nescio.

Sic ut supra dedi, auctores quorum aliquod momentum est omnes (v. 2 DORIDI Reinesius); sed v. 1 (pro T·F) videtur scribendum esse T·L, v. 2 POMPONIA.

3821 Tibure 'in contrada seu vicinia collis' LEONC. [inde *nel colle* MANC. (ap. Pigh.), 'Nicolle cioè (inquit) *contrada*' METELL.].

D · M
GN · PON
THO · AN
TI · GN · FI
5 DVL CISSI
MO PATER

Leoncini ms. f. 3'; ab hoc Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 3'.

2—4 nomen corruptum, fortasse quod mutila erat inscriptio.

3822 fragmentum marmoreum. Rep. Tibure inter opera Anienis deducendi gratia instituta, est in hortis publicis.

M · POPILLI ·
RVFV

Descripsi. S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 130; Massimo *relazione* p. 385 n. 44.

3823 rep. cum Anio deduceretur.

... LLI...
RVFV...

S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 130. Fortasse pars inscriptionis quae praecedit separatim descripta; sed Viola dat ut diversam.

3824 tabula parva lapidis Tiburtini reperta in praedio Fr. Bulgarinii in villa Hadriani Tiburtina, a. 1886 in museo villae Hadriani.

D · M
PRIMIGENIO
CONSERVI
SVI · BENE
5 MERENT · FECERVNT

Descriptus ego et Gatti. Edita est *notizie degli scavi* 1883 p. 48.

3825 fragmentum parvi cippi marmorei in vico S. Polo de' Cavalieri apud Matthaem Meucci (*caffettiere*).

IOI
PRISCAE
COIVGI
B · M · V · A · XXVIII
5 IVNIVS · SVCCESI
FECIT

Descripsi.

3826 non procul a Tibure in sacello quodam ANTIQ. In civitate Tiburtina veteri IVC. (Ver. 62 et Magl.). In aede S. Mariae de Empesone extra Tibur IVC. (Ver. 132). Extra Tibur in templo S. Marci in via ad villam Hadriani SIED. Tibure extra portam Sanctae Crucis in aedicula S. Mariae in Pesoni pro ara ACC. S. Maria in Pisone *mezzo miglio da Tivoli*, in altari, cippus MET., similiter LIG. OTTOB.

D · M · S
ALTORI OB MERITVM · DICAT · HANC
OCTAVIVS · ARAM
ACRI · HOMINI · ADQVE · ALACRI · FOR
5 TI · FIDO · ADQVE · VENVSTO
CVI · DOMVS · ASSYRIBVS · FVERAT · CVI
QVINTIO · NOMEN
HIC · IN · FLORE · CVBAT · LONGVM · SE
CVRVS · IN · AEVOM
10 POST · TER · VICENOS · ET · TRES · BENE
CONSITVS · ANNOS

Exempla ex lapide sumpta extant minime septem, primum Antiqui n. 14 (Hamilt. f. 63, Redian. f. 126', ex quo Gudius 297, 10); secundum Iucundi Ver. f. 62. 132, Magl. f. 406' (ab Iucundo pendent Alciatus Feae f. 56; Peutinger 526 f. 130; Apianus 190, 1, ex quo Pithoeus epigrammata vet. p. 115 et Grut. 858, 12; Pighius Berol. f. 204 ex libro cardinalis S. Crucis; Ferrarini quoque Reg. f. 125' exemplum fieri potest ut derivatum sit ex Iucundiano); tertium Siederi ms. f. 74' (inde pendent codex Oliv. f. 17; Rambertus Pat. f. 140'; Waelscapple f. 155'; ex Ramberto Donius ed. 18, 40); quartum Accursii ms. f. 8 (inde Mur. 1433, 5, qui praeterea citat schedas canonici Scotti, Ferrarinum, Donium editum); quintum Metelli Vat. 6038 f. 92'; sextum codicis Ottob. 2970 f. 22, quod videtur ante oculos habuisse, licet lapidem quoque viderit, Ligorius Taur. 20 f. 80'; septimum id quod refert Romieu f. 146. Burmann anth. Lat. lib. 4 n. 337 (tom. II p. 246) qui praeter libros editos habuit a N. Heinsio enotatum ex exemplo syllogae Ferrariae apud Carolum Moronum adservato et schedas nescio quas olim Nicolai Perotti.

Varias lectiones adscripsi Antiqui Iucundi Siederi Accursii Metelli Ottoboniani Ligorii Romieui. — Vv. divisi secundum Metellum et Ligorium, variant Antiquus Ottob. Romieu, singulos hexametros singulis versibus distribuunt reliqui. — 1 om. Antiq. — 2 ALTORI OB MERITVM Metell., ALTORIO · MERITVM Romieu, ALTORIO · MERITVM Antiq. Ottob. Lig., ALTORIO · EMERITAM Sied., ALTORIO · MERITAM Acc., ALTERIO · EMERITAM Iuc.; AITORIO · MERITAM Alciat., AITORIO · MERITVM Peut., ASTORIO · MERITAM Apian. — 3 OCTAVEVS Iuc. Sied. Acc. — 4 AERI Iuc. (ACRI exempla derivata). — ATQVE Antiq. — 4. 5 FOR · TI · FIDO] OR · III · FIDO Ottob., OR · II · FIDO Romieu, TOR · NITIDO Ligor. — 5 ATQVE Antiq. Romieu, ADQ Iuc. Sied. — VETVSTO Iuc. (sicque Pigh., sed VENVSTO Apian.). — 6 I longas dedi ex Acc. Met. Lig. — ASSYRIBVS Antiq. (tam Ham. quam Red.) (A · SYRIBVS Gud.) Iuc. Acc. Met. Ottob. Romieu, ASSVRIBVS Lig., ASSYRIPVS Sied. — 7 QVINTIA Ottob. — 8. 9 SECVRV · IN · AEVOM] SECVRINA · SVORVM Ottob., SE]CVRVI · INAEVOM Lig., SECVRVATINALVOM Romieu. — 9 AEVVM Antiq. Iuc. (Ver. 62. Magl., AEVOM Ver. 132. Pigh., ALVOM Apian.) — 10 POST TER] POST · III · R Ottob.; TER om. Romieu. — VICINOS Ottob. Lig. Romieu. — ET · TRES] ET · IRES Lig., ET · HERES Ottob., PIERES Romieu, MERENS Antiq. — 11 CONSILVS Lig. Ottob.

Epitaphium hoc videtur posuisse Octavius aliquis altori i. e. nutritori suo nomine Quintio, defuncto annos nato sexaginta tres (v. 10); domus illi fuerat, ut vidit Mommsen, Assuras provinciae proconsularis Africae (*Assyribus* casu sexto est huius Corp. vol. VIII n. 631, ut fortasse hic quoque v. 6 cum Ligorio scribendum pro *Assyribus*); v. 11 *consitus* aut non bene dictum pro simplice *situs* aut male scriptum pro *conditus*.

3827 tria fragmenta epistylia lapidis Tiburtini. Rep. Tibure a. 1832 extant in hortis publicis.

nomine | · QVINCTIAE · SORORI\$ } ET M Quincti... | AMPLIANDVNT

Descripsi post Mommsenum. Folchi *dissert. dell' acad. rom. di archeol.* 6 p. 84; S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 131; Massimo *relazione* p. 381 n. 9.